



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Biennii Peripatetici

Complectens Quæstiones Logicales Una Cum Institutionibus Dialecticis Ad Antiquorum Recentiorumque Mentem Resolutas, Nec Non Juxta Modernam Scholarum Peripateticarum Methodum Elaboratas & Explicatas

Kretz, Marquard

Herbipoli, 1749

Articul. I. De Principiis intrinsecis Syllogismi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52248](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52248)

tem
po-
De-
ens.
lum
icè,

faci-
træ-
stu-
livi-
en-
stus
elut
civi-
lum
llo-
vi-
ud,
Ex-
ifici
ices,
n vi
yllo-
t S.
hoc
ecu-

saeculo perversorum dogmatum est, & putatur robu-
stum, hâc arte subvertitur, & instar incendii in
cineres favillâsque dissolvitur. Vim hujus artificii
ii, qui à fide salvificâ alieni sunt, & veritatem
averfantur, usque adeò horrent, ut plenis buc-
cis contumelias in formam syllogisticam evo-
mentes eam omni conatu studeant eliminare.
Utilitatem ejus non est cur pluribus demonstrem;
deprædicant eam aliæ scientiæ omnes, & præ-
senti argumentandi methodo ex Logica deprom-
ptæ firmitatem suam, splendorem, ac clarita-
tem coguntur magna ex parte adjudicare.
Operæ igitur pretium esse duxi, de nobili hoc
artificio pluribus agere, ac ea, quæ ad illud
pertinent, in speciali disputatione accuratiùs per-
tractare.

ARTICULUS I.

De Principiis intrinsecis Syllogismi.

557. **D**ico. Syllogismus (quem Aristoteles
i. Prior. Cap. i. ita definit: *Est Ora-
tio, in qua quibusdam positis, aliud quiddam ab
iis sequi necesse est, eòquod hæc sint*) adinstar alio-
rum operum artificialium duo habet principia
intrinseca, Materialia scilicet, & formalia. *Ma-
terialia* sunt ipsa materia syllogismorum. *Hæc*
rursus duplex est, remota & proxima, *Remo-
ta* sunt termini, ex quibus fiunt propositiones
syllogismum componentes: horum autem in
syllogismo categorico tres assignantur. *Primus*
dicitur *Major extremum*, estque illud, quod in
conclusionem directa locum prædicati obtinet;

Conclusio autem *directa* illa censetur, in qua naturalis servatur terminorum ordo, si nimirum prædicetur id, quod est aptius prædicari. *Alter terminus* vocatur *Minus extremum*, estque id, quod in conclusione directa obtinet locum subiecti. *Tertius* appellatur *Medium*, estque ille terminus, qui bis in præmissis ponitur. *Materia proxima* sunt propositiones; ex terminis enim immediatè fiunt propositiones, ex propositionibus syllogismi.

Principium formale est ipsa forma syllogismi, quæ nil aliud est, quàm apta materiæ syllogistica dispositio, sicut forma domûs est apta dispositio lapidum, lignorum &c. Quemadmodum vero materia syllogistica duplex est, termini scilicet, & propositiones, sic quoque duplex est syllogismi forma, nempe figura, & modus. *Figura*, quæ est forma correspondens terminis, dicitur *apta dispositio mediæ cum extremis secundum subjectionem, & prædicationem*. Est hæc figura triplex: *Prima* est, in qua medium semel subicitur, & semel prædicatur. *Secunda* est, in qua medium bis prædicatur. *Tertia* est in qua medium bis subicitur. Exempla harum vide in Dialectica vulgata. Memoriae gratiâ præfatas figuras his versibus Dialectici expresserunt:

Sub, præ, Prima, sed Altera bis præ, Tertia bis sub. Vel:

Prima semel subicit medium, tum prædicat ipsum:

Prædicat Altera bis, Tertia bis subicit.

Addi-

ad fol. 539.

Modi
possibiles
64

Aristoteles
inventor
Syllogismi

Modi
Inutiles
54

AAA
AAE
AAI
AAO
AEA
AEI
AEI
AEO
AIA
AIE
AII
AIO
AOA
AOE
AOI
AOO

EAA
EAE
EAI
EAO
EIA
EIE
EII
EIO
EOA
EOE
EOI
EOO

IAA
IAE
IAI
IAO
IEA



TERMINI.


Major -----
 Medius -----
 Minor -----

PROPOSITIONE



FIGURE IV.

Subpra, tion pra pra, tum
 denique pra Sub.



REGU.

Terminus est triplex major, medius iam

Quatuor Termini cuiusmodi sunt A F I O. sicuti accipiuntur

XIII per 8 Regulam continentur VI per 7 Reg. com. XII per 6 Regulam

qua
um
Al-
id,
ub-
ille
Ma-
inis
ro-
mi,
isti-
dif-
no-
er-
du-
no-
er-
mis
Est
im
un-
tia
na-
ra-
ex-
bis
cat
li-

Syllogismi

Propositio proxima Regula Modus

TERMINI. MODI XIX.

Major 1	Baroco	Celarent	Darii	Ferio	Bamalup
Medius 2					
Minor 3					

PROPOSITIONES

<p style="text-align: center;">Major</p> <p style="text-align: center;">A = A</p> <p style="text-align: center;">E = E</p> <p style="text-align: center;">I = I</p> <p style="text-align: center;">O = O</p>	<p style="text-align: center;">Major</p> <p style="text-align: center;">A = A</p> <p style="text-align: center;">E = E</p> <p style="text-align: center;">I = I</p> <p style="text-align: center;">O = O</p>	<p style="text-align: center;">Camestres</p> <p style="text-align: center;">vel</p> <p style="text-align: center;">Celant</p> <p style="text-align: center;">tes</p>	<p style="text-align: center;">Disamis</p> <p style="text-align: center;">vel</p> <p style="text-align: center;">Dah</p> <p style="text-align: center;">tis</p>	<p style="text-align: center;">Fesapmo</p> <p style="text-align: center;">vel</p> <p style="text-align: center;">Fa</p> <p style="text-align: center;">fesmo</p>	<p style="text-align: center;">Fresison</p> <p style="text-align: center;">vel</p> <p style="text-align: center;">Frise</p> <p style="text-align: center;">sonoru</p>
--	--	--	---	--	---

FIGURE IV.

Sub præ, tum præ præ, tum Sub sub, denique præ Sub.

I Fig.	II Fig.	III Fig.	IV Fig.	Fclapto	Disamis	Datisi	Bocardo	Fesison
--------	---------	----------	---------	---------	---------	--------	---------	---------

REGULÆ COMMUNES

Terminus est triplex major, medius & minor; latus hanc quam præmissæ & conclusio in vult; ipsa que no inquam mediu concludere debet; alit semel aut iteru hoc mediu generabitur esto.

Nil sequit, geminis ex particularibus inquam utraq; si præmissa negat nihil inde sequetur; omne affirmantes nequeunt generare negat; peiora sequitur; semper Conclusio partem.

REGULÆ SPECIALES

I Fig.

I. Sit minor affirmans; nec major particularis.
DEM. Sit minor affirmans, ut idem sit major ubique: Distribues mediu, nisi major sit specialis.

II Fig.

I. Præmissa una negat; nec major particularis.
DEM. Præmissa una negat, mediu si distribuat: Major habebis idem, nisi major sit specialis.

III Fig.

I. Sit minor affirmans: Conclusio Sit Specialis.
DEM. Sit minor affirmans ut idem sit major utique: utque minus sit idem, conclusio sit specialis

IV Fig.

I. Major ubi affirmat, generalen. Sume minor an Si minor affirmet, Conclusio Sit Specialis.
Cunque negans modus est, tunc sit major generalis.
DEM. Distribues mediu servatâ lege priore: altera lex servabit idem minus: ultima major.

AXIOMA

Quo bonitas cujusque syllogismi dignoscatur in omni syllogismo duo sint præmissa judicium quorum altero contentatur, altero contenta os. tenditur conclusio.

EX MODIS UTILIBUS UTILES SONT.

<p>4. In Ia. Figura.</p> <p>AAA EAE AII EIO</p> <p>AAI continet, in (AAA) EAE</p> <p>Excluduntur</p> <p>AEE AOO per I Reg. sp</p> <p>IAE OAO per 2 Reg. sp</p>	<p>4. In II. Fig.</p> <p>EAE AEE EIO AAO</p> <p>Excluduntur</p> <p>AAA AAI per I Reg. sp</p> <p>AAI AAL per 2 Reg. sp</p> <p>EA O continetur in EAE</p>	<p>6. In III. Fig.</p> <p>AAI EA O IAI</p> <p>AII OAO EIO</p> <p>Excluduntur</p> <p>AEE AOO per I Reg. sp</p> <p>AAA EAE per 2 Reg. sp</p>	<p>5. In IV Fig</p> <p>AAI AEE IATEO EIO</p> <p>Excluduntur</p> <p>AII AOO per I Reg. sp</p> <p>AAA EAE per 2 Reg. sp</p> <p>OAO per 3 Reg. sp</p>
--	---	--	--

Modi possibili 64

Quatuor Terminu cujusmodi sunt A E I O sitemi accipiuntur non possunt nisi modis 64. Componi.

Aristoteles inventor syllogismi

Galenus auctor Figure 4

Modi Inutiles 54

XVI per 3 Regulam Communen VI per 7 Reg. con. XII per 6 Regulam comm.

AAA

AAE

AAI

AAO

AEA

AEE

AEI

AEO

ATA

ATE

ATI

ATIO

AOA

AOE

AOI

AOO

EAA

EAI

EIE

EIO

EOA

EOE

EOI

EOO

IAA

IAE

IAI

IAO

IEA

IEE

IEI

IEO

IYA

IIE

III

IIO

IOA

IOE

IOI

IOO

OAA

OAE

OAI

OAO

OEA

OEE

OEI

OEO

OIA

OIE

OII

OIO

OOA

OOE

OOI

OOO

ABA

ABE

ABI

ABO

EBA

EBE

EBI

EBO

OBA

OBE

OBI

OBO

EIA

EIE

EII

EIO

EOA

EOE

EOI

EOO

OIA

OIE

OII

OIO

OOA

OOE

OOI

OOO

Addidit Galenus figuram quartam, quando nimirum medium in majore prædicatur in minore verò subjicitur. Sed hæc figura accidentaliter duntaxat differt à figura prima Aristotelica, ad quam facilè reducitur, si terminorum fiat transpositio, aut major in minorem transmutetur. *Modus*, qui est forma correspondens propositionibus, dicitur *congrua dispositio propositionum secundum quantitatem, & qualitatem*. Modos ad concludendum magis utiles novendecim ex Aristotele recensent Dialectici. Hos explicatos videre poteris in Dialectica vulgata, vel etiam in adjecto schemate, quod plures alios modos tum utiles, tum inutiles, una cum figuris, ac regulis partim communibus partim specialibus in compendio exhibet. De modo

558. *Observanda* porrò sequentia: I. Quatuor primi modi figuræ primæ sunt *Modi perfecti*; eòquod in iis consequentia ita clara sit, ut cuiusvis facilè appareat. Reliqui modi omnes *Imperfecti* nuncupantur, propterea quòd eorum concludendi vis non ita manifestè statim apprehendatur. II. Modi novendecim ab Aristotele enumerati ad eos tantum syllogismos spectant, qui medium commune habent, nullus enim ex iis assignabilis est, qui unam saltem præmissam universalem non habeat. III. Hic aut similis syllogismus: *Omnis homo est animal; sed Petrus est homo; ergo Petrus est animal; referri potest ad Davii*. Licet enim hic modus & minorem, & conclusionem particularem exigat, qualis minor & conclusio allati syllogismi *formaliter non est;*

est;

est; quoniam tamen ex supposito, quòd *Petrus* sit homo, & animal, *aliquis* sit homo, & animal, hinc minor singularis, & conclusio, quantum ad hoc, particularibus propositionibus æquivalent. Pluribus hæc omnia profequitur P. De delley *in summulis à num. 322. usque ad num. 340.* Et Casilius *summularum* cap. 6. 7. & 8. Lib. 3.

ARTICULUS II.

De Principiis Directivis Syllogismorum.

559. **N**Ota. Principia extrinseca syllogismi vel directiva sunt, vel perfectiva. De Perfectivis articulo sequenti agetur, hinc directiva tantum examinanda sumimus. Pertinent autem ad principia dirigentia syllogismos. 1. Principia quædam lumine naturæ nota. 2. Regulæ generales syllogismorum simplicium. 3. Regulæ speciales cujusque figuræ. 4. Regulæ peculiare syllogismorum expositoriorum, ac compositorum. 5. Denique regulæ bonæ consequentiæ. Hæc omnia per distinctos §§. explicabimus.

§. I.

Quænam sint Principia directiva lumine naturæ nota?

560. *Dico* 1. Principia, sive veritates infalibiles, lumine naturæ notæ, quibus syllogismus innititur, duplicis sunt generis; alia sunt logica, alia metaphysica, quæ ultimato terminantur in hoc: *Idem nequit simul esse, & non esse.* Principia Logica duo assignantur. Primum est, *Dictum de omni*, quod fundat syllogismos affirmativos: